



Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

14. Pastoribus & aliis Prælatis siue iuste siue iniuste absentib. vel peste infectis, aut etiam mortuis, vel seruire nolentibus: an alij teneantur sacramenta ministrare?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

aduentus, quadragesima, nativitatis, resurrectionis Domini, pentecostes. Item & corporis Christi diebus, quibus resici maxime, & in Domino gaudere pastoris presentia oves debet, ipsi ab ecclesia villo pacto absint: quod idem eadem & maiori ratione definiisset cōcilium pro tempore pestis, si de illo consultum fuisset.

Q V A E S T I O X I V .
Pastoribus & aliis Prælatis siue iuste siue iniuste absentibus vel peste infectis aut & mortuis vel seruire nolentibus, an alij teneantur sacramenta ministriare.

Quæstionis explicatio.

Haec tenus egimus de iis, qui ex debito iustitiae tempore pestis tenentur sacramenta ministrare, variisque eorum excusationibus quas prætexere solent respondimus: Consequenter inuestigandum videtur: An præter parochos sint alii qui obligentur, si non debito iustitiae, saltem charitatis, in casibus scilicet, quibus pastor timore, contagionis corruptus, non audet sacramenta ministrare, vel latitat, vel fuisse, vel peste corruptus domi detinetur, vel etiam mortuus est, & similibus.

Responso.

Quicunq; sacerdotes etiamsi nulla animarum

marum cura illis incumbat , absentibus
quoquo modo siue iuste siue iniuste pa-
storibus tenentur lege charitatis & iustitiae
legalis sacramenta ministrare , quia ille est
casus ; quo sacerdos obligatur ex talento
potestatis sacerdotalis sibi credito operari,
tenetur enim unusquisque ut gratia sibi
a Deo data , cum spiritualis proximi nece-
fitas hoc postulat secundum illud (a) Apo- ^{a 2. Cor. 6.}
stoli : hortamur ne in vacuum gratiam Dei reci-
piatis : Sed tempore grassantis pestis absen-
tibus pastoribus salus proximi propter quam
omnes gratiae gratis datae a Deo nobis con-
ceduntur ; hoc maximè postulare videtur:
ergo .

Dices primo . Sacerdotes simplices non
habent iurisdictionem ad pastoralia offi-
cia exercenda necessariam , non tenentur
ergo illo tempore sacramenta ministrare .

R. In articulo mortis , in quo peste infe-
ctos versari diximus , omnes sacerdotes ^{b ses. i4. c. 7.}
sufficienti iurisdictione munitos esse . Nam ^{de fatent. pæ-}
secundum Concilium Trident. (b) & anti- ^{nit. & exir.}
qua iura , omnes sacerdotes quoslibet pœ- ^{vnct. & ante}
nitentes a quibusuis cœsuris & peccatis in ar- ^{illud c. oës. de}
ticulo mortis absoluere possunt . Sic enim ^{sent. excom.}
habet Concilium : Pie admodum , ne hac ipsa ^{lib. 6. & ex-}
occasione aliquis pereat in ecclesia Dei , custoditum ^{tra defurt. c.}
Semper fuit ut nulla sit reseruatio in articulo mor- ^{&c. pæ-}
storialis .

D tis , atque

50 DE NECES. ET MOD. MINIST.
tis, atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentia-
tes à quibusuis peccatis & censuris absoluere pos-
sunt.

Dices secundo. Quid si iniuste recuse
pastor sacramenta ministrare, vel latere
domi, vel tergiuersetur, vel aliâs inique-
absentet, tenebuntur quoque & illo casu
alii sacerdotes.

R. Tenebuntur, sicut uno prædiuit
eleemosinam recusante alicui in extremo
necessitate constituto, quamvis ille pec-
cet, non propterea alii huius necessitatii
conscii excusantur; neque excusat quo
pastor sit domi & tergiuersetur, quia si ne-
lit sacramenta ministrare, perinde est mo-
raliter loquendo, acsi præsens non sit,
in sequentibus fiet manifestius.

Q V A E S T I O X V.

*Si simplices sacerdotes tum religiosi tum seculan-
nolint sacramenta ministrare, an
possit Episcopus illos
cogere.*

Quæstionis explicatio.

Diximus superiori quæstione absen-
tiae iuste siue iniuste pastore, tene-
quemvis sacerdotem tempore pestis
administrandis sacramentis populo ser-
uire; Cum autem eo casu superuenient
quisqu